



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

15 ✓
¶ Sermo habitus Romæ i ecclesia sancti Petri in die Palmæ Anno dñi M. cccc. xcv. corā sanctissimo in christo patre & dño nrō dño Alexandro diuina prouidentia papa sexto In publicatiōe cōfederationis inite inter ipsum: ac Romanorū: & Hispaniæ Reges: Venetorūq; ac Mediolaneñ. duces: per Reueren. dñm Leonellū de Chieregatis decretorum doctorem epūm Concordienē ac sanctitatis suę Referendariū domesticum.



Ata est mihi oīs potestas in celo & in terra. Transitorus ex hoc mundo ad patrē saluator noster discipulos cōmonefaciens euangelica uoce p̄clamat pontifex Alexander maxime. Quā potestatē: ne gregem suū suo p̄ciosissimo sanguine redemptū absq; pastoris regimine destitutū: reliqueret. In beatū Petrū apostolorū principem: per eūq; in successores eius Romanos p̄tifices transferēs inquit: pasce oues meas. duplicē pasceendi modū unico uerbo cōplexus. Nā sicut ante passionē ad ipsum dixerat Petrus: Ecce duo gladii hic: spiritalis scilicet & temporalis penes ecclesiam. Ipseq; non nimis: sed satis esse responderat. Ita christus post resurrectionē ascensurus in celū duos pasceendi siue regēdi dominicas oues modos spiritalē uidelicet & tēporalē ipsi Petro ac succes



2.

forib⁹ eius uicariis suis demandasse nō ambigit.
Verū quia tāto p̄stantiora sunt spiritalia tēporalibus : quāto p̄ciosior est anima q̄ corp⁹. Ideo spiritalibus & animarū saluti feruētius incūbens hui⁹ prime atq; sanctissime sedis antistes tēporalis gladii quē nihilomin⁹ ī uaginā cōuersum sibi retinuit. Executionē imperatorib⁹ & principibus seculi delegauit. At cū spiritalia sine temporalibus & econtra diu nequeāt pdurare: debēt hi duo gladii quādocunq; opus fuerit se mutuo coadiuuare. Is quidē ab ecclesia exerendus: Ille uero pro ecclesia ad summi pontificis nutum manu principum ac militū robore exercēdus: ut prauis hominibus uindicatis collaudatisq; p̄ robis: totum corpus ecclesie orthodoxa in fide: & tranquilla pace que precipua est Romanorū pontificū cura diligentissime custodiat & conseruet. Translata est in te diuinitus celestis hec: & terrena potestas pater beatissime q̄ primum sicut fuisti ob preclaras animi & corporis dotes: decantatasq; nō multo ante ab eloquentissimis oratoribus inclytas laudes cōcordi: canonicaq; huius amplissima ordinis electione unanimiq; totius christiani orbis consensu ad hoc sacrū apostolicū solium es sublimatus. Ab eo itaq; tpe semp nil tibi pro tua singulari pietate antiqui⁹ iuxisti: nil tibi magis cordi fore aperitissimis documētis declarasti q̄ religionē christianam: sacrosanctāq; Romanā ecclesiā contra trua-

culentissimos eius hostes nō solū tutari:uerū etiā
propagare & amplificare. Quod ut cōmodius tibi
succederet ad christiani orbis: & Italie prefer-
tim pacē ineundā cōfirmandāq; in primis animū
adiecisti. Exhortatus es efficacissimis rationibus
dissidentes inter se christiani noīs p̄cipes ut po-
sitis armis:cōpositisq; cōtrouersis: & unitis uiri-
bus idē tecū uelut mēbra cū capite aduersus Ma-
hometanos cōes hostes cogitarēt atq; sentirēt. se-
cutus es p̄ clemētissime ueterē illā sacri contio-
natoris p̄batāq; sniam. Si quispiā preualuerit cō-
tra unū:duo resistūt ei. Funicul⁹ triplex difficile
rumpit̄. Audiuerūt te sapiētissime cōmonentē:&
p̄ fide catholica:christianaq; pace sanctā ip̄sorū
cōspirationē requirentē Maximilianus Cesar au-
gustus:Ferdinādus & Elisabeth utriusq; Hispa-
nie reges.Veneturū:Mediolanensiūq; duces po-
tentissimi terra mariq; principes. Et ut obsequen-
tissimi filii tibi cunctoz; principū parri atq; ma-
gistro strictiori quodā peculiariq; uiculo deuin-
cti sanctissima in federa coiere. Aggressus es rem
quidē grandē:sed minime nouā beatissime ponti-
fex:& uia non insolitā:sed apostolor; ac sanctorū
patrū:Summorūq; pontificū predecessorū tuorū
frequētissimis calcatam uestigiis ambulasti. Me-
mini me hoc sacratissimo ī loco dū beate recorda-
tionis Innocētius octauus in itā cū excellētissimo
Venetoz; senatu cōfederationē mihi p̄mulgandā

demandasset: multis pro mediocritate mea ratio-
nibus: auctoritatibus nō paucis inumeris deniq;
exemplis proluxa oratiōe comprobasse Romanis
pontificibus pro sua: & huius sanctę sedis tranquil-
litate: tuitiōneq; ac religionis nostrę securitate.
Et augmento perticularia cū christianis princi-
pibus federa licita: cōsueta decoraq; semper existi-
tisse. Quę si nūc pergerē recensere: nil aliud esset
q̄ notissima huius sanctissimi cetus eruditissimis
auribus nō sine fastidio inculcare. Quis est enim
tam iniquus rerum estimator: qui non uideat hac
unanimi tantorū principū coniunctione nihil ec-
clesię sanctę dei hac potissimum tempestate salu-
brius uenire potuisse. Neminēq; magis eā conci-
liare debuisse q̄ summū omniū patrē: atq; pasto-
rem: cui dominus populū suū pascendū protegen-
dumq; cōmisit. Cui si contra ipugnantes ecclesiā
equa potentia non adsit: imperatores & principes
seculi ex sacris tam quinti Carthagineñ Concilii
q̄ Ioannis octauī summi Pontificis sanctionibus
opem ferre tenent. Quare cū mihi succurrit horū
serenissimorū principum tecum pater Beatissime
percussum fedus: succurrit & illa israelitica histo-
ria. Venerūt omnes maiores natu israel ad regem
in Hebron & iniit Dauid cū eis fedus corā domi-
no. Sentio nāq; cōueniētius te hos principes chri-
stiani populi p̄sides q̄ maiores natu israeliticę
plebis regē Dauid sacro illo elogio alloqui posse

tibi. Dixit dominus deus tuus tu pasces populū
meū israel: & tu eris princeps sup eum. Percussum
est preterea coram domino fedus hoc: tū ad iniu-
riam nemini inferendam: tū ad res proprias con-
seruandas: ad rem pub. christianā defendendam:
exaltandamq; fuerit sancitū. Vltius considera
queso si maiores unq; si potētiores: si religiosiores:
si demum sapientiores Principes coram domino
una cū christo eius in unū conuenere. Maximila-
nus Cesar magno fortiq; animo princeps: singula-
riq; uirtute preditus: belli: pacisq; artib⁹ insignis
paterno: uxorioq; potentatui īmensis Romani im-
perii uiribus adiūctis nil aliud optare uidetur q̄
de beatitudine tua: de hac sancta sede: de re pub-
christiana bene mereri. Nulla est enī christianorū
principū tibi cōiūctior dignitas q̄ impatoria: nul-
la natio magis obnoxia q̄ Germanica: que ab hoc
sāctissimo throno tantū claritatis accepit. Trans-
latū est a Leone eius noīs tertio sūmo Pontifice a
Grecis in Germanos imperium. Gregorius. v. Ro-
manus presul impatoris electores Germanos isti-
tuit. Electus impator: a Romano pontifice appro-
bat: prestitioq; ipsi fidelitatis iuramento: ab eodē
inungit: cōsecrat: & coronat. Vos ambo estis duo
illa magna lumīaria: que eternus ille rerū omniū
opifex in firmamento celi fabricauit sol uidelicet
& luna. In uniuersali siquidē ecclesia due cōstitu-
te sunt dignitates: quibus prīcipaliter hic mūdus

administrať: prout ad Anastasiũ imperatorẽ scribit Gelasius Romanus antistes. Auctoritas sacra pontificũ: & imperatorũ excelsa potestas. Verum sicut luna illustrať a sole: ut Mathematici uolũt: ita impatoria celsitudo summi pontificatus splendore irradiat. Tua itaq; ut te quis absentẽ appellem plurimũ interest Maximiliane Cesar: ne hec sancta sedes peruersorũ hominũ cupiditate: ambitioneq; deprimat: Ne illa humiliata tu quocq; pericliteris. & ne (quod absit) una cum Ioele ppheta dici cõtingat: Sol & luna obtenebrati sunt. Quod probe cõsiderans diuus genitor tuus Federicus religiosissimus Impator. & Basiliẽ Conciliabulũ: quod aduersus sancte Romane ecclesie calcaneũ erexerat: & altare contra altare extruere nõ expauerat zelatissimo feruore disiecit: & pestifere neutralitatis uirus: quod totã fere Germaniã infece-
rat penitus extinxit. Hunc tu Cesar imitatus matrem tuã pientissimã sacrosanctã apostolicã sedẽ procellosis fluctibus agitã uelut precipuus eius filius atq; defensor hoc nouo federe maiorẽ in modum recreasti: q̃ bene duo hec maiora luminaria orbi terre cõiunctim hodie conluserũt ut ecclesia pulchra ut luna: electa ut sol: terribilis ut castrorum acies ordinata redderet. Succedũt illustrissimi Hispaniarũ Reges pater beatissime de quorũ diuinis prope laudibus si ppetua oratione dicere instituerem dies pfecto me deficeret: cũ magnitu-

dine sua longā potius historiā q̄ breuē oratiuncu-
lam efflagitare uideant. Quis est enim tanta elo-
quentia: tanta eruditioe p̄ditus: qui tā angusto
dicendi spacio eorū res magnifice ac prospere ge-
stas nō dicā exornare sed cūctas enumerare queat
pacatū propriū mira felicitate regnū: pulsi ex Be-
tica Agareni: magno christianū nomen obprobrio
liberatū: opulentissimū christo regnū dedicatum
euulse hereses: eiecta iudaica cecitas: plantata ca-
tholica fides: collapsa deo famulantium restituta
religio. Cūctosq; subditosq; mores in melius emen-
dati longissimos sane panegyricos exoptāt. Quis
uero horū principū nō minus militie q̄ domi ser-
uatam religionē: pietatē: iusticiā: temperantiā:
liberalitatē: Quis eorū prudentiā: fortitudinem:
constantiā dignis efferet preconiiis? Quis eorū im-
mensam potentiā explicabit? His ego ut paterno
tuo in eos affectui morē gererē libentissime imo-
rarer: ni me uocarent alii: & scirem me nihil noui
esse dicturū: cū se penumero in hoc amplissimo cō-
fessu imortales eorū laudes sūmo omniū applausu
fuerint celebrate. Vnū tamen nō silebo cum pro-
prium sit & peculiare Hispaniarum regibus ad-
uersus christiani nominis hostes decertare: multa
tibi gloriosa pro christiana re pub. de ipsis libere
potes polliceri. Nō opus est de ineffabili excellen-
tissimi Senatus Veneti in hanc sanctā sedem de-
uotione plura disserere: cū uniuerso orbi per spe-

etissima sit. Quis ignorat innatū esse Venetis sū-
mos pōtīfices colere: ipsos iuuare: ipsis federe iun-
gi? Longum nimis esset Romanos presules recen-
sere: quos Veneti maximis auxiliis difficilimis sa-
ne temporibus sunt prosecuti: in uniuerso mūdo
predicatur. Ipsiq; parietes loquūtur restitutum a
Venetis ī Romanam sedem tertium nominis tui
pontificem Alexandrū: a quo sunt inumeris ma-
gnificentissimisq; priuilegiis decorati. Predican-
tur ubiq; terrarum Venetorū opes: grauitas: mo-
destia: prudentia: constantia: magnanimitas: iu-
sticia: fides atq; religio: Pro qua conseruanda soli
aduersus impiissimos Turcos cū sepe antea tum-
etate nostra diuturna: grauissimaq; bella gessere.
Quāuis autem hanc sacram Romanā sedem cun-
ctorum Christifidelium matrem atq; magistram
Veneti semper (ut duximus) propensa quadā ue-
neratione coluerint. Nunq̄ tamen uisi sunt tanto
studio: tantoq; ardore: quanto nunc ipsius mater-
na ubera appetere: non alia (ut reor) de causa nisi
quia hoc precellsum Alexandri nomen in oculis
habere uidentur: quo siue pontifices siue impera-
tores insigniti: Clarissimi semper principes exti-
tere. Super sunt preclara inclyti Mediolanen-
sium Ducis cōmemoranda preconia: Sed longio-
rem profecto ipsorum splendidissima series ex-
postulat orationem. Nemo est tamen qui nesciat
maiores eius siue Priscos illos Vicecomites siue

siue auum Sfortiam seu Franciscum patrem duo
fulmina belli maximo huic sanctę sedi sepe nume
ro usui adiuuatoq; fuisse. Si presertim ut cęteros
preteream Martini quinti: Eugenii quarti: & Ca
lixti tertii auunculi tui nunq̃ sine honorifica do
ctrine sanctimonieq; prefatione nominandi sum
morū pontificum tempora inspicere uoluerimus:
Quibus & brachius Montonius & Nicolaus: for
tebrachius: cōpluresq; alii latrūculi ecclesiasticā
ditionē uexantes usurpantesq; deleti sunt. Et de
mum Iacobus Piceninus quietis Italię perturba
tor ex Senensiū: & patrimonii beati Petri finibus
pfugatus. Hos emulatus Ludouicus mirifico san
ctitatem tuā colit affectu. Adsunt huic principi
uires ingentes: incredibilis prudentia: rerū huma
narū peritia singularis. Magnificendus est certe
ubiq; locorū. Sed in Italia maximam sua uirtute
sibi peperit auctoritatem. Leua igitur ut te Esaie
uerbis alloquar pater Beatissime. Leua inquam
oculos tuos & uide: omnes isti cōgregati sunt: ue
nerūt tibi. Principes orbis terre primarii incōpa
rabili pietate: se: suosq; & cuncta que possident:
pro sacrosancta Romana ecclesia: pro repu. chri
stiana tuenda: amplificandaq; tibi obtulerunt &
dedicarunt. Tu uero tanta mansuetudine & cha
ritate ipsos suscepisti: ut hoc mutuo inter uos offi
ciorū certamine reddar ambiguus An illorū erga
te obseruātia potius: an tua erga illos benignitas

eximia reliquos orbis reges ad hoc sanctissimum
fedus recipiendum sit prouocatura. Sed cortina
proculdubio cortinam trahit. Nō patient se tan-
ta gloria priuari: Francorum presertim rex Caro-
lus christianissimus: qui & longe antea & nūc ma-
gis quo uicinior est: hanc sanctam necessariamq;
in Turcos expeditionem tota mente affectare ui-
detur. Quem ut multo uehementius ad hęc ani-
mares: tu quoq; senectutem tuam tam gloriosis p-
christi nomine suscipiendis laboribus obtulisti.
Pugnabūt alii contra salutifere Crucis inimicos:
tu uero pater clementissime secutus Moysen: quē
nobis auctoritate refers. Eleuatis manibus cū sa-
cerdotibus tuis deum patrē omnipotentē orabis:
fietq; ita populo christiano te orante uictoria: si-
cut leuante manus Moysē uicit israel Amalechi-
tas. Quod ita futurū euidentissimū datum est no-
bis signū a domino. Neq; enī: ut arbitror: temere
uoluit q; hodierna Palmarū celebritate hoc san-
ctissimum fedus redderet illustrius: nisi quia cer-
tam nobis ex eo uictoriam pollicetur. Si enī cesos
hodiernae festiuitatis ex arboribus ramos in Mat-
theo legerimus euāgelista: gaudium illico nobis
ex illa uiriditate representatur. Si uero Palmarū
ramos acceptos audiuerimus ex Ioāne mortis ei⁹
qua mortem nostrā superauit: uictoria nobis Au-
gustino teste significatur: qua iuxta diuinū apo-
stolum Saluator noster expoliatus principatus: &

**pote. tates traduxit confidenter palam triūphans
illos in semetipso: quem triumphū ex uisibilibus
religionis nostre hostibus in hoc seculo: & ex inui
sibilibus in futuro cunctis christifidelib⁹ presta
re dignetur: qui est benedictus in secula seculorū.
Amen.**

Finis.



ALEXANDER Epūs seruus seruo-
rum dei. Vniuersis christifidelibus
pñtes lras īspecturis Salutē & apli-
cam bñ. Quoniā pro cōi xpianorū bñ-
ficio curaq; ac totius Italię quiete: quam in pacis
amenitate cōfirmari popotamus auctore dño ligā
& cōfederationē inter nos & carissimos in xpō fili-
os nros Maximilianū Romanorū: ac Ferdinādū &
Elisabet hispaniarū Reges & reginā Illustres ac
dilectos filios: nobiles uiros Augustinū Barbadi-
co: ac iclytū dñiuz Venetiā & Lodouicū Medio-
lani duces in itā & cōclusā in pxima futura dñica
celebritatis Palmarū publicari ordinauimus: ut
ipā dies maiori etiā celebritate decoretur ut Sena-
tuz ac populū ipm Venetū quē paterna charitate
cōplectimur spirituali cōsolationē & celestibus do-
nis afficiamus de omnipotētis dei misericordia ac
beatorū apostolorū eius Petri & Pauli auēte cōfisi
oibus & singulis christifidelib⁹ qui misse ī publi-
catiōe hmōi lige & cōfederationis facte per aliquē
catholicū antistitē in ecclesia sancti Marci Vene-
tiarū solēniter celebrāde & benedictioni p eundē
largiēde intererint & ecclesiā ipsam per dictā diē
deuote uisitauerint plenariā indulgentiā pecca-
torū omniū in forma ecclesie cōsueta tenore pñtiū
cōcedimus pariter & largimur pñtib⁹ post dictā
diē mīme ualituris. Datū Rome apud sanctū Pe-
trum Anno incarnationis dñice. M. cccc. xcy. viii.
Idus Aprilis Anno tertio.